



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Vitis. Ex Diuo Ambrosio, Hexam. lib. 3. cap. 12. Descriptio CXXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

R V P E S.

Curtius lib. 6. & 8.

Descriptio CXXVII.

Prærupta erat rupes, quæ spectat occidentem, eadem, quæ vergit ad orientem, leuiore submissa fastigio: multis arboribus obstita. Perennem habet fontem, ex quo large aqua manant. Circuitus eius nonaginta duo stadia comprehendit. Petra, non vt pleræque modicis, ac mollibus cliuis, in sublime fastigium crescit, sed in metæ maximæ modum erecta est, cuius ima spatiosiora sunt. Altiora in altius coeunt, summa in acutum cacumen exurgunt. Radices eius Indus amnis subit præaltus, vtrique asperis ripis. Ab altera parte voragine, eluioneque præruptæ sūt, nec alia expurgandi patebat via, quam vt replerentur.

V I T I S.

Ex Diuo Ambrosio, Hexam.
lib. 3. cap. 12.

Descriptio CXXVIII.

Primum omnium, nihil gratius florentis odore vitis: siquidem de flore earum succus expressus, poculi genus conficit, quod & voluptati, & saluti sit. Deinde, quis non miretur, ex acino vinaceo, vitem vsque in arboris summum cacumen prorumpere, quam, velut quodam amplexu fouet, & quibusdam brachijs ligat, & circumdat lacertis, pampinis vestit, fertis vuarum coronat? Quæ ad imitationem vitæ nostræ primum viuunt, defigit radicem; Deinde, quia natura flexibilis, & caduca est, clauiculis, quasi manibus quibusdam, quicquid apprehenderit stringit, hisque se erigit, & attollit.

S E G E S.

Ex eodem D. Ambrosio, lib. 3.
hexam. cap. 8.

Suscipit igitur granum tritici putris gleba, & spatium cohibet occasio, ac velut materno terra gremio fouet, ac cõprimit. Inde, cum se granum illud resoluierit, herbam germinat: grata ipsa iam species herbescens viriditatis, quæ statim genus satum similitudine sui prodit, vt in ipso sua stirpis exordio, cuius generis herba sit cognoscas, atque in herbis fructus appareat, paulatimque adolescit in scenum, culmoque pubescens erigitur, & affligit. Ast vbi se geniculata iam spica sustulerit, vaginæ quædam futuræ frugi parantur, in quibus granum formatur interius, ne tenera eius primordia, aut frigus lædat, aut solis æstus exurat, aut ventorum inclementia, vel imbrium vis sæua discutiat. Succedunt quidam ordines spicæ, mirabili arte formati, vel ad speciem grati, vel ad tutamen nexu quodam inter se naturalis colligationis adstricti, quam prouidentia diuina formauit. Et ne frugis numerosioris pondere, velut quædam cedat futura culmorum, vaginis quibusdam ipse culmus includitur, vt geminaris viribus frugem possit multiplicem sustinere, nec impar arbor onere curuetur in terram. Tum supra ipsam spicam vallum struitur aristarum, vt quasi quadam in arce prætendat, ne auium minorum morsibus suis exuatur fructibus, aut vestigijs proceratur.

Compara qua habet Cicero, lib. de Senectute.

PALMA INDICA.

Maffæus, lib. 7.

Descriptio CXXX.

Mltis rebus ad victum necessarijs carent incolæ, sed pro ijs omnibus vna est palmasicam eam appellant, Iudaicis, & Africanis careotas ferentibus longè præstantior: quippe non proceritate solum, & pulchritudine excessit; verum etiam rora prorsus in vfu est, ipsa multiplici, vt vulgo, si quem frugi, & industrium laudibus efferre volunt, palma vtiliorem appellant. Tengam Naricæue Indicorum, seu nucem indicam Luffini